



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Copensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiaë, 1626

Ad Qvæst. CXIII. Quid prohibet Nonum & decimum præceptum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

pti diuini, aut expressa legis: cum Christiana libertate. &c. quod vtrumque hereticum esse docui ex Bellarmino in *Luthero caluinista* pat. r. q. 88.

AD III. Ecclesia Romana festum nullum vnquam instituit Extra, vel contra S. Scripturam: vnde calumniatur Minister. Nam festorum Christi & Mariæ plerorumque mentio materialiter fit in Scriptura: Cætera sunt iuxta Scripturam; non contra, neque extra simpliciter: Nam in tertio Decalogi implicite præcipiuntur: per Traditionem, quæ ipsa est fundata in scripturis, præscribuntur: In Euangeliis ac Epistolis, ad cuiusque Sancti festum ordinatis, velut arbor in semine, continentur. Proinde falsum dicit Minister, *Omnia falso niti fundamento.*

Verum est, B. Mariam vel sine pec. or. conceptam, aut in momento conceptionis sanctificatam fuisse: vt Cano, & S. Bernardo, & S. Patribus, ac optimis quibusque Doctoribus placet: non improbabiler. Hoc certum; Conceptionem omnino sanctissimam, velut auroram solis Christi orituri præuiam, ritè, sanctèque celebrari festiue.

Verum est, Deiparam Magnâ Animâ in celos assumptam esse: Corpore quoque sublatam multi, & graues, & sancti autores fiunt apud Pet. Canisium in *Mariâ*, & Ioan. Bonifacium in *Virginali lib. 2. cap. 20.* S. Augustinus, Andreas Cretensis, Cosmas hymnorum scriptor, Metaphrastes. &c.

Verum est, in Missa realem, corporalem, &c. præsentiam Christi adesse totius, inque Sacramento: patet *suprà ad q. 75.*

AD IV. Falsum est, Sanctorum festis celebratorum apocryphas historias esse: nominasset vel vnâ. Callander, vt Pontificius; non tamen vndique sanum sapit, verumque scribit; vt in illo ipso. S. Augustini vox ea cecidit occasione pseudoreliquiarum cuiusdam nefarij, errore vulgi cultarum, donec constaret casus.

AD V. Festa Sanctorum manifestam testantur gloriam, laudemque mirabilis DEI in Sanctis suis; & nullam in se continent idololatriam, vt calumniatur Hagiomachus Minister; Atque

sicut Adoratio soli Deo debetur Latreutica; & sanctis tamen: alia item Duleutica: ita & Festorum honos.

AD VI. Scholarum instituta, vt nunquam dilaudari sat queant; non tamen ad tertium Decalogi de Festis; sed ad quartum, de honore parentum, rectius pertinere videntur: esseque puerile reor, eas vt causas Instrumentales subtrudere effectui cultus festiui: quasi non sua etiam parentibus ac ludimagistris sit, debeatque Pietas secunda ab illa debita Deo, Diuisque cœlitibus.

AD QVÆST. CXIII.

Quid prohibet Nonum & decimum præceptum?

CALVINO suo Instit. l. 2. cap. 8 §. 46. &c. consona canit Minister cum Catechesi.

MINISTER etiam ad illa Care. hismi, *omni iustitia delectemur*, addidit à Parocho, *& eam operemur*; ait; Nil hic erat necesse: nam & nos studium iustitiæ ac bonorum operum requirimus; quin & ipsam iustitiam. &c.

2. Concupiscentia duplex est. 1. Naturalis & licita, vt appetere cibum. &c. Sic desiderium fuit Dauidi ad præcepta Dei, *Psal. 119. 40.* Salomoni. *Psal. 45. 12.* Reges & Propheta *videro desiderarunt, qua vos, Luc. 10.* Gal. 5. *Spiritus concupiscit aduersus carnem.* 1. Tim. 3. *Si quis Episcopatum appetit, &c.* 2. Mala & illicita, rerum aut per se malarum, aut prohibitarum, à Deo: Sic, Gal. 5. *caro concupiscit aduersus spiritum.* Hæc, que rursus duplex: Deliberata, cum consensu voluntatis, Iac. 1. *Concup. cum concepit, parit peccatum.* Inde liberata, sine consensu; sed in sola cogitatione consistens: Ma. 15. *De corde exeunt cogitationes mala.*

RESPONDEO. Et verò multum erat necesse: *tum* vt solidam iustificationem exaluinizarem: *tum* vt opera iustitiæ esse inuenerem; *tum* & hæc iustificationem exaugere: & salutis esse meritoria amplioris: *tum* denique ea ratione opera bona non esse duntaxat indicia gratitudinis.

DE II. Nota: Ministrum sibi contradicere: Hic asserit, naturalem esse concupiscentiam Dauidis, & Salomonis ad præcepta Dei. *Suprà quæst. 5. Sect. 2.* asseruit, Nos natura propensos

fos ad odium Dei & proximi. Et *quæst.* 8. Nos adeo corruptos, vt ad bene agendum PRORSVS simus inidonei; At concupiscere est actus internus. Porro quærit:

cite comprehensis: idcirco demum in vltimo etiam exprimit cogitationis secreta: volitionem alienæ personæ, aut rei; vt quæ perinde peccet. Hanc ex præcedentibus Decalogi nescissent expresse; etsi implicite nosse poterant; nisi in postremo lex dixisset explicite. Non igitur loquitur de Concupiscentia non volita, seu motu primò primo; sed de volita intus, etsi foris non prodita.

- I. *An in decimo præcepto prohibeatur concupiscentia, quæ est absque consensu?*

MINISTER: Parochus negat: Nos affirmamus, & probamus.

1. Quia de concup. cum consensu actum est in præcedentibus præceptis; ac vel bis idem reperi, absurdum est; aut alius actus seu species concupiscentiæ in decimo prohibetur.

2. Quia Rom. 7. *Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.* At eum sciuisse illam, quæ est cum assensu voluntatis, quis ambigit? Ipsi namque ethnici eam probe norant. *Nam scelus intra se posuitum qui cogitat vllum; Facti crimen habet;* ait Luuenalis.

RESPONDEO AD I. Quia Voluntarium positiuum est de natura peccati; nam habituale ad peccatum non sufficit: (Voluntarium, inquam, liberum, quod proprium est rationalis creaturæ, & liberum à Necessitate vocatur: non Voluntarium spontaneum, quod est irrationalis creaturæ, estque liberum à Coactione:) Idcirco ad peccatum contra præceptum, *Non concupisces*, voluntarium rationale necessario requiritur: Ergo Concupiscentia indeliberata, seu sine consensu Voluntatis, in sola consilientis cogitatione, non prohibetur in eo, *Non concupisces*; sed concupiscentia solum deliberata.

Deinde: Non repetitur in, *Non concupisces*, quod in præcedentibus fuerat prohibitum: nam in illis vetatur homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium: in horum altero, concupiscentia Personarum: Rerum, in altero. At perpetratum peccatum; & concupitum, longe differunt: proinde & præcepta differunt.

AD II. Quia Iudæi ad occidentem literam Facti ibant solum, de interna cogitatione volitis parum solliciti; Decalogus autem, quæ erant facti, iam expresserat; etsi cogitatis impli-

- II. *An concupiscentia praua sine consensu, sit vere peccatum?*

MINISTER affirmat. Suadet I. Quia ea est in Lege Dei prohibita.

2. Quia, Rom. 7. 7. Apostolus hanc concupiscentiam vocat expresse peccatum; non metonymice, vt causam pro effectu, quia, ait Trid. Conc. sess. 5. *ex peccatis est, & ad peccata inclinatur*; sed vere & proprie; vt patet ibidem *vers.* 5. 7. 11. 13. 14. Vtideo illud Tridentini glossema sit merè Pelagianum, ab S. Augustino refutatum; Et hic eam concupiscentiam sæpe *malum, & peccatum* appellet, teste Azorio; Ambrosius *viti-um, iniquitatem, vt delectationem mandato Dei aduersam*; teste Bell. l. 5. de amif. gra. c. 22 § 15.

3. Quia concupiscentia hæc, testibus aduersariis, est non bona, non recta, vel ordinata: ergo peccatum est. Adeoque hic distinguere inter *malum, & peccatum*, vt distinguunt Pontificii, absurdum est, & implicat. Nam Rom. 7. eam nunc *malum, nunc peccatum* vocat; vt synonyma, & alia talia. Et Aug. 1. 6. *contra Iulianum cap. 5. ai.* *Qui baptizatur, omni peccato caret; non omni malo, scilicet concupiscentiæ, id est, ibidem, omni reatu omnium malorum, non omnibus malis.* Idem, l. 2. ad Valerium cap. 24. *Hoc est non habere peccatum, Reum non esse peccati.*

4. Quia sic Augustinus, l. 1. de nuptiis, & concup. c. 27. *Neg. enim nulla est iniquitas, cum in vno homine vel superiora inferioribus turpiter seruiunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctantur; etiam si vincere non sinantur. &c.*

5. Pontificii, vt Aquinas in Rom. 8. l. 1. Pererius, statuunt, motus primos inuoluntarios esse in infidelibus vere peccata, & mortalia etiam: quomodo non simul nobiscum asserunt; concupiscentiam omnem illicitam, etiam sine consensu inuoluntariam, esse vere peccatum? &c.

RESPONDEO vniuersè. Concupiscentia est lex membrorum, repugnans legi mentis; fons tentationum; pœna peccati; & simul fomes; naturæ contraria, & languor naturæ;

naturæ; relicta in nobis ad agonem, & via ad peccatum; Cuius principium est à natura; male tamen concupiscere, est à voluntate. Vnde Concupiscentia, non carnis, sed cordis, est voluntaria, & prohibita: estque peccatum in carne materialiter, in mente formaliter. Post baptismum quoque non peccatum, sed vitium est; at tamen sub ratione, vti residens in inferiore hominis parte ea, quæ malorum est; at in superiore, ea quæ bonorum est. Vocatur peccatum, quia ex peccato ducit originem; eiusque causa est. In renatis remanet quoad actum; reos tamen non facit. Multa paucis asserta hæc. Vide in *Luthero-calui. par. 4. q. 22.*

D I C O A D I. Prohibita est cordis; non carnis.

A D II. Voluntaria est peccatum proprie; at non inuoluntaria; nisi materialiter. Proinde per calumniari arguit Pelagianismi Tridentinum Minister. Nam Pelagiani negabant vllum trahi ab Adamo peccatum; ideoque nullam concupiscentiam esse peccatum. At nos asserimus, inuoluntaria non esse; voluntaria, esse peccatum: estque vtraque malum; pœnæ, inuoluntaria; culpæ voluntaria.

A D III. Inuoluntaria est inordinata; non tamen peccatum; nisi materialiter, & tropicè. Neque malum & peccatum dicuntur reciproce de sese, nec synonyma sunt: Ideo S. Augustini citata loca stant pro nobis contra aduersarios eodem abutentes.

A D IV. Liqueat ex dictis

A D V. Rectè statuunt, eo quod in irregnitis hæreat peccatum orig. at in regnitis non: ideo omnis illicita inuoluntaria, seu motus primo primus in baptizatis non est peccatum; est autem in existentibus in peccato originali. Demum vide *Bellarmin. l. 5. de amiss. gra. c. 15. vbi exacte, & prolixè omnia.*

AD QVÆST. CXIV.

Possunt ne illi, qui ad DEVM conuersi sunt, hæc præcepta perfectè seruare?

MINISTER. D regnitis quæritur; de que perfectè ont. absol. a 1. Patrum, scil. OMNIUM præ-

ceptorum 2. Graduum, quæ sit ex tota anima, & omnibus viribus. 3. Temporis, id est, in obseruatione nunquam interrupta.

Illa autem Parochi, *vestellun stri, pro mensura gratiæ, quantum humana fragilitas patitur, secundum quid, non est perfectio, sed imperfectio, seu perfectio imperfecta, id est nulla. Adeoque paradoxon hic defendit ad Phil. 7. 21. dicens: Stat possibilis obseruandi præcepta, & absente eo, quod subinde violantur. Nos igitur spondemus. Minime.*

1. Quia in regnitis perit pecc. originale, causa omnium actualium peccatorum. Dimittitur quidem, sed non, ut non sit; sed ut in peccatum non imputetur; ait Aug. l. 1. de Nupt. 25. Hinc regnitus David Ps. 51. *Cor mundum crea in me. Ec. Rom. 7. 19. Video aliam legem in membris. Ec.*

2. Qui in regnitis carnis concupiscentia aduersus spiritum, Gal. 5. vt non semper faciant bonum, quod volunt.

3. Quia regnatio in hac vita est: x parte & imperfecta, non perfecta. 1. Cor. 13. *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Ec.*

4. Quia nullus vixit, vult, videt, qui non peccet: teste Scriptura, Patribusque, & sanctorum exemp. is. Vnde iussu orare, *Dimitte nobis debita nostra: & iustus aduersariis; adeo Nemo sine crimine viuere.*

RESPONDEO vniuersè: Perfectio triplex est: Beatitudinis, Consilii, & Præcepti. 1. *Beatitudinis*, est, quæ Deum semper actu diligit, omniaque in Deum: actu refert, pura ab omni pecc. veniali. Phil. 3. *Non quod iam acceperim, aut perfectus sim: sequor. a. si. Ec.* Et hæc non imperatur, non consultitur hic; sed proponitur ac promittitur. 2. *Consilii* est eorum, qui non semper actu Deum cogitant ac diligunt; sed totos se Deo consecrant votis: Matt. 19. *Si vis perfectus esse, vende, & vende. Ec.* Et hæc consultitur, non præcipitur: vt docet S. Aug. *epist. 89. q. 4. S. Ambr. lib. de Viduis. S. Hieron. lib. contra Vigil. 3. Præcepti* est eorum, quæ Deum super omnia diligunt, omniaque perdere malunt, quam Dei amicitiam, ita mandatorum Dei obseruantes, vt nil committant, quo repugnet charitati, quæ est finis præcepti. Et hæc præcipitur omnibus: Matth. 5. *Estote perfecti.*

Duo gradus posteriores non excludunt necessitatio omne peccatum, nisi quod caritati repugnat. Nam Apostoli perfecti erant; iuxta Phil. 3. *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus: Et tamen dicebat Ioan. Si dixerimus, quia peccatum non*